



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Io. Baptistæ Portæ Neapolitani Magiæ Naturalis Libri
Viginti**

Della Porta, Giambattista

Frankfurt, 1607

Quomodo pili renascantur. Cap. V.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70772](#)

Quomodo pili renascantur. CAP. V.

CONTRÀ verò pilis loca conuestite optantibus, hęc
Crēmedia prompte in auxilium veniunt. Solent ali-
quando mulierum tempora nuditare deturbati, dece-
bimus quomodo

*Cadentes ante senilem et atem capilli re-
tinēantur;*

Et, si qui forte reciderint, reparentur. Mélanthion super
carbones torrebus, rostumi teres, cribtabis, & cum aqua
commisto caput illines. Antiquiores his rebus capillos
increscere faciebant, herinaceo terrestri, combustarum
apium, vel muscarum cinere, vel arefactarum puluere,
muriū stercore etiam cremato, & molli illito, quibus
rite addebat, auellanæ, iuglandis, castaneæ & daqilot-
rum, & reliquatum fabalium cinerem: ex omnibus c-
āsim simul rethistis, vel solis nascuntur pili. Sed si vis

vt cito nascantur pili.

Nōs autem ex mellis aqua, scilicet quę prima ex admis-
to igne distillauerit, citò multo nasci pilos scimus, sā
pius locum lauando, vel madefactis linteis locum hu-
meando, non detergendo, sed semper madefact. Po-
tebunt & nobilissimæ matronæ hoc vti

vt molliores pili nascantur,

Augustus solitus erat crura comburere nuce ardenti,
quo mollior pilus surgeret. Sed

ut longi & citi fiant capilli,

Teratur radix altheæ cum axungia porcina, & diu bul-
liat in vino, postea adde cuminum benè tritum, masti-
cem, & vitella ouorum benè cocta, parum miscendo, &
postquam cocta, fiat colatura per pannum lineū, & di-
mittatur donec sedetur, dein supernatans pinguedo ac-
cipiatur, & ablutum caput vngatur. Ut vero citò cre-
scant: Accipe panem hordeacum cum sale, & adipe vr-
fino: combure panem & tali mistura vngelocum. Sunt
qui exadipe ceruicis equinæ oblitam vitro ollam per-
ungunt, & fluuialem anguillam in frusta secatam, pin-
gueim iacoquere sinunt, quo usque soluat in oleuti,
& loca perungunt,